Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9008
Copyright: Melk, Benediktinerstift



63

digitorum coniunctio. & quasi
molli osculo se complectens & fo
derans maritum pingit & coniu
gem. Lx aduiduas eo quod in an
gustia & tribulatione sint positae.
Unde & in superiore digito depri
muntur. Quanto q; maior est dif
ficultas expertae quondam uolup
tatis illecebras abstinere tanto
ma ir & praemium. Porro cente
simus numerus quaeso diligenter
lector adtende. A sinistra trans
fertur ad dextera. & hi dem digi
tis sed non eadem manu quibus
in leua manu nuptiae significant
& uiduae circulum faciens expri
mit uirginitatis coronam.
Cum ergo dicis unum minimum
in leua digitum inflex in medium
palmae artum infiges. Cum dicis
duo secundum a minimo flexum
ibidem inpones. Cum dicis tria
tertium similiter adflectes. Cum
dicis quattuor idem minimum
leuabis. Cum dicis quinque se
cundum a minimo similiter eriges.
Cum dicis sex tertium nihil omni
eleuabis. medio dumtaxat solo
quimedicus appellatur in medium
palme fixo. Cum dicis septem
minimum solum celeris interim
leuatis super palmae radice ponens.
Juxta quem cum dicis octo medium.
Cum dicis nouem impudicem eregi
one compones. Cum dicis decem
unguem indicis in medio figes artu
pollicis. Cum dicis uiginti summi
tatem pollicis inter medios indicis
& impudicis artus immittes. Cum di
cis xxx ungues indicis & pollicis
blando coniunges amplexu. Cum
dicis xl interiora pollicis latera
uel dorso indicis superduces ambo
dumtaxat erectis. Cum dicis L
pollice exteriore artu instar grecae
littere Γ gamme curuatum ad pal
mam inclinabis. Cum dicis Lx
pollicem ut supra curuatum indice
circumflexo diligenter a fronte
pungis. Cum dicis Lxx indicem
ut supra circumflexum pollice in
misso sup in plebis unguedumta
xat illius erecto transmedium
indicis artum. Cum dicis Lxxx
indicem ut supra circumflexum
pollice in longum tenso in plebis.
Ungue uidelicet illius in medium
indicis artum infixo. Cum dicis
xc indicis inflexi unguem
radici pollicis erecti infiges. Hactenus

in leua